

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joachim Langens Verbesserte und Erleichterte Lateinische Grammatica

Lange, Joachim

Halle, 1726

Tirocinium Paradigmaticum in ufum Declinationum et Conjugationum

[urn:nbn:de:bsz:31-263836](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-263836)

TIROCINIUM
PARADIGMA-
TICUM

in usum
DECLINATIONUM
ET
CONJUGATIONUM.

A a 5

USUS

USUS DECLINATIONUM.

in Convenientia Adjectivi & Substant.

Mensa rotunda, Servus fidelis. Scamnum latum.
 Arma mea. (mansueta
 Pater benignus, mater chara. Nubes obscura. Ovis
 Genus nobile. Mare profundum. Animal reptile.
 Poëma doctum,
 Fructus gratus. Ficus fecunda. Curvum cornu.
 Dies amœnus.

Hic vir, hæc mulier, hoc animal, ille puer, illa puella.
 Mea penna est acuta; nostræ pennæ sunt acutæ.
 Hæc schola est vicinia: hæc scholæ sunt vicinæ.
 Rosa est flos pulcher: Rosæ sunt flores pulchri.
 Pulchritudo rosarum magna est, imo maxima.
 Hic est vir doctus; hæc fœmina est loquax: hoc lignum
 est durum.

Doctrina hujus viri est magna; loquacitas hujus fœminæ
 est impia.

Unusquisque homo est mortalis secundum corpus suum.
 Hic puer est ignavus. Ignavia hujus pueri intolerabilis
 est. (mus,

In hoc puero est magna diligentia, imo est diligentiss.

Cibus est gratus ori & salubris corpori meo.

Hoc acetum est acre. Magna est acrimonia hujus aceti.

Meus pater est lenis. Lenitas mei patris magna est.

Hæc vestis est elegans: elegancia hujus vestis est magna.

Meus frater est laboriosus. Labor fratris non est exiguus.

Vestes patris nondum sunt confectæ seu paratæ.

Onus est grave. Gravitas oneris non est parva.

Tua vestis est lacera ac detrita, sicut mea.

Meæ vestes sunt lacerae ac detritæ, sicut tuæ:

Nostrer hortus est valde amœnus.

Egregia est horti nostri amœnitas.

Meus liber est novus. Mea auris est aperta.

Mea manus est clausa. Meum corpus est ægrum.

USUS

M.
latum.
anfueta
Ovis
reptile.
cornu.
puella.
ignum
eminae
suum,
erabilis
(mus,
entibus
eti.
na.
iguus,
SUS

USUS
CONJUGATIONUM.
FORMULÆ cum VERBO SUM.
INDICATIVUS.

Præsens.

Sum discipulus, vel, ego *sum* discipulus: *Sum* piger, im-
piger.

Es condiscipulus, vel, tu *es* condiscipulus: *es* piger.

Ego *sum* diligens, tu *es* negligens.

Meus frater *est* bonus puer, mea soror *est* bona puella.

Meum scalpellum *est* acutum. Meum atramentum *est* tenue.

Hic liber *est* meus: hæc penna *est* tua: hoc scamnum *est*
nostrum.

Sumus in schola, *estis* in horto, *sunt* in templo.

Nos *sumus* in urbe, vos *estis* in agro, illi *sunt* in sylva.

Nos *sumus* diligentes, vos *estis* negligentes, illi *sunt* ru-
des.

Nos *sumus* docti, vos *estis* indocti, illi *sunt* sapientes.

Imperfectum.

Heri non *eram* domi; non *eram* diligens.

Cur hodie non *eras* in schola, nec *eras* diligens?

Meus frater non *erat* in horto, *erat* petulans.

Nos *eramus* in templo, *eramus* attenti.

Nos *eramus* in horto sine strepitu.

Vos *eratis* petulantes in platea.

Illi *erant* in prandio modesti & verecundi.

Perfectum.

Heri non *fui* in templo, nec tu *fuisti*.

Meus frater *fuit* in foro, *fuit* in taberna.

Nuper *fui*mus diligentiores, quam nunc *sumus*.

Nonne heri *fui*stis in horto? non *fui*mus.

*Fu*istis tamen in agro? *fui*mus ibi.

Hæc pennæ heri *fuerunt* tuæ, nunc *sunt* meæ,

Plus-

Plusquamperfectum.

Heri fueram domi, fueram occupatus in negotio.
 Ante octo dies fueras in horto cum patre.
 Hesterno die fuerat frater meus in templo.
 Heri fueramus diligentes in schola.
 Vos nuper fueratis pigri & immorigeri.
 Mei parentes fuerant heri apud tuos.

Futurum.

Post hac ero probior: ero in studiis diligentior.
 Hodie mecum eris in paradiso, est vox Christi.
 Doctus aliquando erit, qui nunc est diligens.
 Cras, volente Deo, erimus in horto.
 In posterum eritis diligentiores.
 Certe omnes pii erunt in cælo beati.

CONJUNCTIVUS.

Præsens.

Pater meus optat, ut *sim* probus & diligens.
 Rogo te, ut *sis* in concione attentus.
 Rogo fratrem tuum, ut *sit* modestus.
 Deus præcipit, ut *simus* sancti & pii.
 Moneo vos, ut *stis* probi ac modesti.
 Roga commilitones, ut *sint* attentivi.

Imperfectum & Perfectum.

Pater me admonebat, ut *essem* Deo obediens, &c.
 Pater nos admonebat; ut *essemus* Deo obedientes, &c.
 Quamvis *fuerim* attentus, jam ea oblitus sum.
 Quamvis *fuerimus* attentivi, jam ea oblitus sumus, &c.

Plusquamperfectum & Futurum.

Si olim *fuissem* diligens, nunc *essem* doctus &c.
 Si olim *fuissemus* diligentes, nunc *essemus* docti.
 Si *fuiero* probus, cunctis *ero* gratus &c.
 Si *fuerimus* probi, cunctis *erimus* grati.

IM-

IMPERATIVUS.

Mi fili, *esto* tua sorte contentus.

O vos condiscipuli, *este* diligentes & pii.

Esote misericordes, quemadmodum pater vester in cœlo est misericors.

Omnes pueri cras hora octava *sunto* in templo.

INFINITIVUS.

Audio, fratrem tuum (fratres tuos) hodie *esse* & heri *fuisse* in schola.

Spero, te posthac *futurum esse* diligentiorum.

Spero, vos posthac *futuros esse* diligentiores.

Spero, *fore*, ut posthac discas libentius.

PARTIC. *Futurus* dies lunæ nobis omnibus erit lætus.

CONJUGATIO I.

ACTIVUM.

INDICATIVUS.

Præsens.

Amo Deum, qui me creavit & conservat.

Si non *amas* Deum, non es verus Christianus.

Qui *amat* Deum, is vicissim ab ipso *amatur*.

Amamus virtutem, quia est pulcherrima.

Quia me *amatis*, vos vicissim *amabo*.

Qui Deum non *amant*, sunt miserissimi omnium.

Imperfectum.

Olim *amabam* vitia, sed nunc *amo* virtutem.

Heri *amabas* pietatem & bonos mores.

Frater meus nuper *amabat* Deum, & adhuc *amat* eum.

Amabamus matrem tuam, quia erat pia.

Amabatis olim bonas artes, ideo docti evastis.

Mei fratres *amabant* patrem tuum, virum bonum.

Perfectum.

Amavi te semper ob probitatem tuam.

Amavisti me semper ex animo, & in posterum *amabis*.

Nemo vestrum virtutem unquam *amavit*.

Plus-

Plusquamperfectum.

Amaveram te, sed tu non *amaveras* me.
 Frater meus *amaverat* condiscipulos suos, sed hi non *amaverant* illum.

Amaveramus vos, sed vos non *amaveratis* Deum.
Laudaverant quidem virtutem, sed non *amaverant*.

Futurum.

Amabo Deum ex animo per totam vitam.
Amabis virtutem simul ac agnoveris ejus pretium.
 Mea mater te etiam in posterum *amabit*.
Amabimus Deum & virtutem: quod optimum est.
Amabitis bonas artes, ut heri audivi.
 Beati Deum in æternum *amabunt* & laudabunt.
Recitabo sententiam meam, quando Petrus eam *recitabit*:
Pronunciabo hanc vocem, sicut eam reliqui *pronunciabunt*.

CONJUNCTIVUS.

Præsens.

Rogat & rogabit me, ut *amem* Deum sincere.
 Rogo & rogabo te, ut *amēs* veritatem.
 Rogat & rogabit fratrem, ut *amet* sapientiam.
 Hortatur & hortabitur nos, ut *amemus* justitiam.
 Horratur & hortabitur vos, ut *ametis* justitiam.
 Hortatur & hortabitur illos, ut *ament* justitiam.

Imperfectum.

Rogabat, (rogavit, rogaverat) me pater tuus, ut *amarem* Deum.
 Hortabatur (hortatus est, erat) te frater tuus, ut *amares* virtutem.
 Dehortabatur (dehortatus est, erat) te frater tuus, ne vicia *amares*.

Perfectum Plusquamperfect. et Futur.

Quamvis eum *amaverim*, tamen me non redamiat, &c.
 Quamvis eum *amaverimus*, tamen nos non redamat.
Amavissem hunc, si fuisset probus.

Si *amaviffem* hunc hominem, me *redamaret*.

Utinam Deum *amaviffem* (es, et &c.) ex animo.

Si *amavero* (is, it) *fapientiam*, *fapiens* evadam (es et.)

Si *amaverimas* (itis, int) *juftitiam*, *erimus* (eritis, erunt)
jufti.

IMPERATIVUS.

Ama, amate, amato, amatote, amanto, non solum amicos,
fed etiam inimicos.

Tu Deum *lauda*, & vos illum quoque *laudate*.

INFINITIVUS.

Decet Christianum, Deum ac pietatem *amare*.

Spero te *amare* Deum.

Audio te *amaviffe* Deum.

Video te *amaturum* esse Deum.

Novi vos *amare*, *amaviffe*, & *amaturos* (as) esse virtutem.

Gerundia, Supina, Participia.

Est sane tempus, imo necessitas *amandi* Deum.

Promptus sum ad *amandum* Deum.

Amando reddimur amabiles & accepti.

Eo vel venio *amatum* bonas literas.

Deus est *amatu* digniffimus, i. e. amore, vel ut ametur.

Omnis puer *amans* virtutem, fit probus.

Pueri pietatem *amantes* parentibus sunt cari.

Puer *amaturus* Deum amat etiam condifcipulos fuos.

PASSIVUM.

INDICATIVUS.

Præfens.

Amor a præceptore, quando sum probus & obediens.

Amaris ab omnibus piis, quia ipse pius es.

Meus frater amatur a nemine, quia est improbus.

Amamur ideo a Deo, ut ipsum amemus.

Vos impii ideo a Deo *amamini*, ut ipsum ametis.

Vitia *amantur*, imo laudantur ab improbis.

Imper-

Imperfectum.

Amabar, imo laudabar, heri ob diligentiam meam.
Amabaris nudius tertius ob probitatem tuam.
Amabatur meus frater olim a paucis hominibus.
 Ego & soror mea *amabamur* semper a matre.
 Vos heri non *amabamini*, quia eratis petulantes.
 Tui condiscipuli heri *amabantur* a præceptore.

Perfectum et Plusquamperfectum.

Amatus sum a Deo, Creatore meo, ab æterno.
Amatus es, mi frater, a parentibus nostris.
Amatus est a me frater & amata est soror.
Amati sumus ab omnibus bonis viris.
Amati estis olim, sed nunc non amamini.
Amati sunt a patre omnes probi filii.
Amati eramus ab hoc homine propter pecuniam.
Amati eratis ab omnibus propter divitias,
Amati erant ob honestatem morum.

Futurum.

Amabor a parentibus, si fuero amabilis.
Amaberis a præceptore, si fueris amore dignus.
Amabitur tua pecunia, non tua virtus.
Amabimur a paucis ob probitatem nostram.
Amabimini non tantum a Deo, sed etiam ab omnibus piis
 hominibus; si etiam posthac eritis tam diligentes, sic
 ut adhuc fuistis.
Amabuntur tui fratres ab omnibus propter ipsorum mode-
 stiam & honestatem.
Laudabuntur omnes diligentes ob diligentiam suam.

CONJUNCTIVUS.†

Præsens.

Operam dabo, ut *amer* a meo præceptore.
 Mi fili, ut *ameris*, amabilis esto.

Nescio

nescio, an *amēris* a fratre tuo, sicut ego amor,
 Pius esto frater tuus, ut *ametur* a cunctis.
 Operam dabimus, ut *amemur* a præceptore.
 Mei filii, ut *amemini*, amabiles estote.
 Pii sunt fratres tui, ut *amentur* a cunctis.
 Æquum & justum est, ut boni a bonis *amentur*.

Imperfectum.

Amarer hodie, si heri fuisset diligens.
 Utinam *amareris* a singulis, uti ego amor.
 Frater tuus *amaretur*, nisi amore esset indignus.
 Nos omnes *amaremur*, si amore essemus digni.
 Utinam vos omnes hodie *amaremini* ab omnibus.
 Etiam impii *amarantur*, si pii fierent.

Perfectum.

Nescio, an unquam *amatus sim* a tuo parte.
 Dubito, an *amatus sis* a parente meo.
 Non dubito, quin *amatus sit* frater a fratre.
 Nescio, an heri *amati simus* a te.
 Dubito, an *amati sitis* a parente.
 Non dubito, quin *amati sint* fratres a fratribus.

Plusquamperfectum.

Utinam *amatus essem* a vobis ex animo.
 Nisi *amatus esses* a me, non redamarem me.
 Si *amatus esset* frater meus, gauderem.
 Utinam *amati essemus* ab omnibus sincere.
 Nisi *amati essetis* a nobis, non amaretis nos.
 Si *amati essent* fratres nostri, gauderemus.
 Si *laudati essemus*, vicissim alios *laudaremus*.
 Vos *laudati essetis*, si fuissetis laude digni.
 Nisi fratres laude indigni fuissent, *laudati essent*.

Futurum.

Si *amatus fuero* a vobis, vos mutuo amabo.
 Nisi *amatus fueris* ab hoc, hunc vix amabis.
 Quando *amatus fuerit* frater meus, gaudebit.

B b

Si

Si *amati fuerimus* a vobis ; vos vicissim amabimus.
Nisi *amati fueritis* ab hoc , hunc vix amabitis,
Quando *amati fuerint* fratres mei , gaudebunt.

IMPERATIVUS.

Frater dicit : *amare* a meis parentibus.
Deus ipse quasi dicit ad nos : *amamini* a meis angelis.
Amator (ameris) a nostro praeceptore : quod ego tibi non invideo.
Soror mea *amator (ametur)* a matre , ut sit posthac probior.
Amaminor a vestro praeceptore ; ego facile permitto.
Deus dicit : probi filii *amantor* a suis parentibus.

INFINITIVUS.

Spero , te *amari* ab omnibus , i. e. quod ameris.
Video & audio , vos *amari* a patre , i. e. quod amemini.
Non dubito , fratrem *amari* a te , i. e. quin frater ametur.
Video , intelligo , me *amatum esse* a te , i. e. quod amatus sim.
Audio vos *amatos esse* a patre , i. e. quod amati sitis.
Spero , me *amatum iri* a fratre , i. e. fore , ut amer.
Spero , nos a bonis *amatum iri* , i. e. fore , ut amemur.
Spero , has literas a vobis *amatum iri* , i. e. fore , ut amentur.

PARTICIPIUM.

Hic puer a te *amatus* , te vicissim amabit.
Haec filia a matre *amata* , amabit pietatem.
Hoc animal *amatum* insecutum est nos.
Hi viri a nobis *amari* vobis benefecerunt.
Deus est *amandus* omnibus Christianis.
Haec virtus *amanda* est ob dignitatem suam.
Verbum Dei *amandum* est ab omnibus cultoribus.
Etiam haec sunt *amandi* , secundum Dei praeceptum.

CON-

CONJUGATIO II. ACTIVUM.

INDICATIVUS.

Doceo te, tu doces me, ille docet non omnes.

Nos docemus, & vos docetis eos, qui docent omnes.

Docebam fratrem, quem du docebas, & ille docebat.

Docebamus fratrem; sicut vos hodie docebatis eos, qui nos heri docebant.

Docui te melius, quam docuisti alios.

Docuit frater meus alios, sicut nos docuimus ipsum.

Docuisti hodie illos, qui heri docuerunt alios.

Docueram in schola, ubi tu ipse docueras.

Docuerat in loco, ubi nos nunquam docueramus.

Docueratis me, antequam vos alii docuerant.

Docebo te, qui me & fratrem nunquam docebis.

Docebit nos artem, quam nos docebimus alios.

Docebitis eos, qui posthac docebunt alios omnes.

CONJUNCTIVUS.

Si vis, ut doceam fratrem, doceas me ante; non enim novum alium, qui me doceat.

Doceamus nos invicem, sic habebitis, quod doceatis, aut alii doceant melius.

Ego te docerem hoc; si me vicissim illud doceres, aut si frater tuus doceret utrumque nostrum.

Utinam nos doceremus, ac vos doceretis hoc pueros; ita enim illi aliquando alios docerent.

Nescio, utrum ego docuerim, aut tu docueris, aut frater tuus docuerit hunc hominem.

Dubito, utrum nos docuerimus, aut vos doctueritis, aut fratres tui docuerint hunc servum.

Docuissem te hodie, si tu me heri docuisses, aut frater tuus docuisset nos ambos.

Docuissimus vos, aut vos docuissimis nos? nisi nos alii docuissent.

Si docuero te, aut tu docueris fratrem meum? redito. Non dubito, quin docuerit ille, (aut vos docueritis) singulos, singuli autem docuerint condiscipulos suos,

IMPERATIVUS, INFINITIVUS, GERUNDIA, SUPINA, PARTICIPIA.

Doce me, imo doceto nos, ut jubeo. Docete, imo docetote fratres vestros: hi vetero docento velis imperitos.

Non possum docere alios, quia ipse nihil didici. Video, te hunc puerum docere, i e quod doceres. Novi, patrem meum heri docuisse in schola pueros, & non etiam docturum esse in eadem.

Non habeo occasionem docendi, nec aptus sum ad docendum: docendo tamen ipse disco.

Præceptor, hodie docens discipulos, ita eos doceat, ut quam etiam cras eos docturus.

PASSIVUM.

Ita doceor hodie, & docebor cras, & doctus sum heri, & melius doceri nequeam.

Doceris a discro ita, quemadmodum heri doceris a patre, quia ipse aliter a alio doctus est.

Doceris a discro, sicut non solum nos doceris, sed etiam meum discipulum, & omnes alios discipulos.

Doceris a discro, sicut non solum nos doceris, sed etiam meum discipulum, & omnes alios discipulos.

Doceris a discro, sicut non solum nos doceris, sed etiam meum discipulum, & omnes alios discipulos.

Doceris a discro, sicut non solum nos doceris, sed etiam meum discipulum, & omnes alios discipulos.

Doceris a discro, sicut non solum nos doceris, sed etiam meum discipulum, & omnes alios discipulos.

CON.

CONJUGATIO III. ET IV.

- Quod hodie *lego* in libro, heri jam *audivi* in schola.
 Quod hodie *legis* in libro, heri jam *audivisti* in schola.
 Quod hodie *legit* in libro, heri jam *audivit* in schola.
 Quod hodie *legimus* in libro, heri jam *audivimus* in schola.
 Quod hodie *legitis* in libro, heri jam *audivistis* in schola.
 Quod hodie *legunt* in libro, heri jam *audiverunt* in schola.
 Quod *legebam* hodie, heri jam *audiveram*.
 Quod *legebas* hodie, heri jam *audiveras* &c.
 Non solum multa *legam*, sed etiam adhuc plura *audiam*.
 Qui *legit* & *audit*, si vult sapere, attente *legat* & *audiat*.
 Qui bene vult *legere*, nec debet male *audire*.
 Nondum *audiveram* heri, meum fratrem *legisse* aut *lecturum* esse in hoc libro.
 Nunc *lege* diligenter: & quando *legisti*, *audi* me *legentem*.
Legerem clara voce, si me *audire* velles.
 Utinam *legisses* hunc librum, aut *audivisses* hanc vocem.
 Cum *audiretur* campana, *legebatur* sacra scriptura.
 Quæ heri non *legebantur*, hodie *lecta* & *audita* sunt.
 Si nomen meum *lectum* fuerit de scheda, *audietur* ab omnibus.
 Spero, hanc epistolam a fratre meo *lectam* esse hodie, & denuo *lectum* iri cras.
 Lectio *lecta* placet, decies repetita placebit.
 Tradidit mihi pater meus epistolam *legendam*.
 Quæ *legenda* sunt, *lego*, quæ *audienda*, *audio*.

DEPONENTIA.

Hortor te, loquaris clare, & fatearis, quid frater herilocusus sit.

Hortabar heri & hortatus sum hodie fratrem tuum, ut proloqueretur clare & fateretur omnia aperte.

Quia me hortavis: fatebor & proloquar omnia.

Hortare fratrem, ut quidvis potius, quam militiam experiatur.

Fur loquitur multa: sed fatetur pauca.

Experior, an hic fur loqui & fateri velit.

Multa quidem sunt locuti, sed nihil confessi, et si eos hortabamur.

Hortabor hunc hominem, ut eloquatur & fateatur mihi omnia sua arcana.

Tuo periculo experire militiam: fateberis, me vera locutum esse.

Dehortare hunc puerum, ne loquatur tam proterve, nec fatenda reticeat: alias experietur virgam.

Qui non fateri vult scelera sua, solet experiri tormenta.

Spero, fratrem meum fassurum esse omnia, que locutus est.

Scio, me sepius expertum esse clementiam tuam.

VERBA ANOMALA.

Non possum ferre hoc onus, et si velim, quod tu fers.

Meus frater mavult ire in culinam, quam in scholam.

Feram hoc onus, si potero, quod te tulisse memini.

Me oportuit ire in scholam, cum vellem manere domi.

Quando huc venis, dic, salve: quando abis, vale.

Noverat soror mea, me nolle redire.

Ut quimus: quando, ut volumus, non licet.

Fer patienter, quod mutare nec potes, nec vis.

Hunc puerum jam ante annum nosse cepi.

Pater meus: nolo, inquit, nec possum perferre hanc molestiam, &c.